ꝓpter opera: & ꝓpter finem. Primũ quidẽ igitur manifeſtum ꝙ irrationabilis eſt propter legiſlatorem. Irrationabile igitur oĩno/ ſic ſanctã legem ut ipſi aſſerunt / videlicet ꝙ Alcoranũ verbũ dei ſit; datam eſſe a ſic iniquo viro/ rapace/ mœcho · homicida & peccatis alijs ſubdito: quæ omĩa manifeſta ſunt his qui illius vitam ſciunt. Sed Saraceni ad hęc reſpondent: ꝙ & Dauid in adulteriũ ſimul & cędem incidit: Moyſes autem homicida fuit Sic & de Mahometo poſſibile dicere/ verũ ꝓphetã eſſe dei / & ſi aliqñ ſub pctõ fuit: uterqꝫ quidẽ taliũ legitimus dei ꝓpheta fuit. Sed hoc nullã habet vim: Dauid eñ & Moyſes pœnitẽtia eorũ ipſorũ peccatũ correxerũt: & hoc eſt inuenire. Dauid enĩ ãnunciauit ſuiipſius peccatũ: grauiterqꝫ ſeipſum cruciauit: quare & veniã meruit. Vnde poſtq̃ dixit: Peccaui: dixit ei Nathan ab ore dei: Dñs dimiſit tibi peccatũ tuũ. De mahometo autẽ minime dictũ eſt: ꝙ vel ſuiipſius peccatum ãnunciauerit vel penituerit: potius quidẽ igitur addidit blaſphemiã/ iniqua lege id affirmans. Sicut enim omnibus Saracenis notum eſt: Mahometus forte cuiuſdam Marię amore tenebat̃/ quæ Iacobitis appellabat̃: quã ei donauit Macobeus iacobitarũ rex. Duę autẽ ex uxoribus Mahometi/ quarũ altera quidẽ dicebatur Aieſe filia Empipecer/ aliarũ nobiliſſima: altera autẽ Aaſa filia Omar/ mouebantur çelotypia in Mariã. Quæ quodam die ad eum venientes/ inuenerũt ipſum ſimul dormientem cũ Maria: & dixerũt: Sic oportet facere prophetam? Qui verecundatus/ iurauit nunq̃ poſt hac ſe cogniturũ Mariam. Sicqꝫ placatæ ſunt ad iuſiurandum. Pauco autẽ poſt tempore elapſo/ non potuit ſeipſum cõtinere: Quare & legẽ tulit tanq̃ ex ore dei/ qui ei reuelauit: & ſententiã intulit in Alcorano in capit'lo Elmetearẽ/ quod interpretatur/ vocatio vel anathema: ubi dicit: O propheta/ quid ꝓhibes quod tibi conceſſit deus? Gratificari queris tuis uxoribus: iam tibi legẽ tulit deus: ut liceret tibi ſoluere tua iuramenta. Sic peierans/ cognouit rurſus eam/ dicens ſoluiſſe iuſiurandũ ei deum: teſtantibus ſuper hoc Michaele & Grabriele. Et dixit ei una ex uxoribus eius: O Mahomete/ valde ſtuduit deus in tua concupiſcentia. Voluit autẽ ꝓpter hoc dicere: forte deus tibi ęmulans ut iniquo tecum cõmunicaret ope. Et addidit: Nunquid deus.

Eſt irrationabilis ꝓpter quatuor.

i. ꝓpter legiſlatorẽ. Mahometus hõ flagitioſus.

Defenſio Saracenorum.

ij. Reg. xij. d.

Hiſtoria de Mahometo.